

In libertatem vocati estis.

Léctio Epístolæ beāti Pauli apóstoli
ad Gálatas

5, 1. 13-18

Fratres:

¹ **L**ibertáte nos Christus liberávit;
state ígitur
et nolíte íterum iugo servitútis detinéri.

[2-12]

¹³ Vos enim in libertátem vocáti estis, fratres;
tantum ne libertátem in ocasiónem detis carni,
sed per caritátem servíte ívicem.

¹⁴ Omnis enim lex in uno sermóne implétur,
in hoc:
Díliges próximum tuum sicut teípsum.

¹⁵ Quod si ívicem mordétis et devorátis,
vidéte, ne ab ívicem consumámini!

¹⁶ Dico autem:
Spíritu ambuláte
et concupiscéntiam carnis ne perfecéritis.

¹⁷ Caro enim concupíscit advérsus Spíritum,
Spíritus autem advérsus carnem;
hæc enim ívicem adversántur,
ut non, quæcúmque vultis, illa faciátis.

¹⁸ Quod si Spíritu ducímmini,
non estis sub lege.

Verbum Dómini.